

tionem¹ cognoscetur agnus. Erunt² universi in ovili uno et sub virga una, modicum tempus erit.

Recapitulatio³. In Eneaden⁴ sede agni principes eius rete piscatoris lucrabitur. Primus gallus piscator⁵ erit et cet.

Excerpta de libro tertio⁶.

Erit in postremis temporibus psitacus⁷ dans iura Siculis, habens pedes XXXIII et gallinam sine pullis. Eritque altera gallina generis eius, cui dabitur gallus Germanicus⁸. Hic veniet in rugitu quemadmodum ursus, ut devoret carnes plurimas, hereditatem psitaci possidebit, filios regis superappositi obtenebrabit. Gloriam Sicularum annullabit, quousque tres pedes et sex digiti mensurentur. Oculosque eius gallina claudet et supervivet.

Post hec veniet aquila habens caput unum et pedes LX, cuius color sicut pardus⁹, pectus sicut vulpis, cauda sicut leonis. Mamillis sponse agni lactabitur. Cuius presidio leo veniens ab aquilone, ut devoret aquilam, destruetur¹⁰. Et accrescet aquile secundum caput maius in Eneaden¹¹ et iterum tertium minus¹², quorum ab aquilone usque¹³ Tyrum sibilus audietur. Dabiturque ei gallina una et iterum altera, duoque pulli. Ex quibus vorabit unum. Et dabitur ei tertia gallina, que pariet ei pullum et iterum et iterum¹⁴. Et rursus quarta Germanica, que pariet ei pullum et iterum. Porro secus Eridanum nidus eius, cuius receptaculo Ligures eoamque¹⁵ zonam in sibilo armis modicis conteret, calliditate plurima. Mediumque caput Ligurum tenui bello quassabit propter blasphemantes agnum et propter peccata. Secundo terciove numero exurgent¹⁶ in intellectu et rebellione maiori et blasphemabunt agnum et testamentum eius. Eritque subsistentia, sed ve. Portas Ligurum coartabit. Nidum phylosophantium minorabit, florem Emylie deflorabit propter physis¹⁷ offendiculum et

1) 'habhominatorem' V. 2) 'eruntque' P. 3) 'Recap.' fehlt P. 4) 'eneade' V; 'eadem sedes' P. 5) 'pisc.' fehlt P. 6) Diese Ueberschrift fehlt P. 7) 'psytacus' hier V. 8) Die Exp. maior an 2 Stellen und minor haben hier mit dem ursprünglichen Text 'cui dabit gallum Germanicum', aber an einer dritten Stelle hat die Exp. maior wie unsere Hss. 9) So beide Hss. und auch die Exp. maior und minor, nicht 'pardi' wie der ursprüngliche Text S. 165. 10) Diesen Satz über Otto's IV. Einfall in das Königreich und seinen Sturz unter Mitwirkung Innocenz' III. hat der Bearbeiter hinzugefügt. 11) 'eneade' V; 'eneade' P. 12) 'tercius' ('minus' fehlt) V. 13) 'in' hinzugesetzt P. 14) Das zweite 'et it.' fehlt P. 15) 'eorumque' P. 16) Dies hat der Bearbeiter geändert, weil er den ursprünglichen Text S. 165 f. nicht verstand. 17) 'fisis' P.